



Processus iudiciarius panormitani

Johannes <Urbach>

Parisius, Millesimo quinge[n]tesimo octauo

Terminus ad ponendum [et] articulandum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70756)

Ex una parte et reus vel eius procurator ex altera parte
et ibidem partes huiusmodi vel earum procuratores / primo actor vel suus procurator / deinde reus vel suus
procurator cum capitulis et clausulis suis calumnie iuramentum presterunt / quo preterito predictus dominus
iudex actori prefato vel suo procuratori die tale ad ponendum et articulandum ac parti rei ad fieri videndum in causa huiusmodi per termino assignavit. Notarii vero
diarioz breuiter scribunt more solito scilicet die tali anno
tali iuratum fuit per partes vel earum procuratores
de calumnia articulabitur die tali.

Terminus ad ponendum et articulandum.
Termino ergo predicto adueniente actor habebit offerre positiones et articulos / et istos usus longeus in causis admisit / ut cle. sepe. de verbo. sig. Sunt ergo ab usu inducte positiones et postea per ius canonicum approbate scilicet a tempore. Greg. ix. quia ante eum de positionibus non habemus expressus ius sed per eum in c. dudum. ij. de ele. et in c. unico de li. co. testa. Et qualiter vocantur aliquando tituli. aliquando interpositiones / quandoque capitula. et c. no. de causa posse. si cum ecclesia de test. presentium. li. vi. et in cle. sepe de verbo. sig. Et fiunt positiones ad faciliorem litium expeditionem propter partium confessiones et articuli ad clariorem probationem ut dicitur in cle. sepe al. Et positionis plures sunt expositiones quarum aliquas ponit Suil. in spe. de positi. §. i. et aliqua no. de confessionis. c. i. li. vi. in glo. i. et super ea. Et quomodo dicitur positio. eo quod super positionibus lis ponitur velut super fundamento quia eis confessatis vel negatis lis alterius procedit vel non / ibi est no. p. io. an. in nouella

Articulus autem dicitur quod artat. id est arte ponitur et artat ad respondendum ut in causa principalium. scilicet alle. super glo. articulus et est nomen diminutivum designans aliquid particulare a genere suo per debitas circumstantias de iur. de hoc de off. deleg. super questionum.

Additio. **E**t adverte quod huiusmodi positiones possunt fieri non tantum in causa principali sed etiam in causa appellationis ut in bal. in l. si. §. in refutatoribus. C. de app. Et nota. Jo. an. i. addi. spe. de tes. §. nunc videndum in principio. quod ars articulandi inter causidicos summum et gradum in curia romana et maxime in beneficiis devolutis. unde consuluit ipse ibi quod caveant curiaz intrantes quod truncus sunt magni magistri ne suo capite in principio hanc artem assumant sed antiquis advocatis assistant. vel etiam habeant procuratores expertos et ibi Jo. an. circa eum. §. insistat et pulchre etiam illam materiam tractat. Et positiones et articuli istius iusto litis seu iudicii ordine seu loco sunt scilicet post li. contes. et iuramentum calumnie super principali tamen quos sunt faciende prebationes si fieri possunt de quo in spe. de posi. §. iiii. in principio. quod si reus habet probari exceptiones vel actor replicaciones suas habet redigere exceptiones seu replicaciones in positiones et articulos.

Modus formandi positiones.

Hae formas igitur positionum hac via perveniunt. Nam formas eas habeat libellum per oculos et ex eius tenore sumat et formet eas et diligenter consideret quod habeat necesse probare et super omnibus que probare velit faciat positiones nec valet positio aut est confessio nisi fiat super re de qua agitur. de quo in spe. de positi. §. v. ubi generaliter dicitur. de quo est de confes. ca. primo et secundo li. vi.